DISPVTATIO IVRIDICA HIERONYMI PAPPONII

Patricij Pisani, Iurium Consulti Clarißimi,
Equitis Aurati,

Et in patrio quondam Gymnasio Ordinarij Iuris Cæsarei Interpretis longè celeberrimi,

Non profundæ minus quam subtilis etiam Quæstionis,

Possesio Iuris ne sit an facti,

Contra D. Ioannem Bolognettum Iurium Doctorem famosissimum instituta.

Nunc primum in Cæsarei Iuris amatorum gratiam elegantibus typis euulgata.

VENETIIS, M D C.

Apud Societatem Minimam.
Superiorum permissu.

FRANCISCO LANCELOTTO PERVSINO

I.C. Clarissimo, & in Pisano Gymnasio Iur. Cæsar. extra ordinem Interpreti acutissimo.

Hieronymus Papponius Pisanus salutem.

TANDEM mi Francisce tuę cæterarumq; amicorum preces effecerūt, vt permitterem in lucem venire disputationē quam olim suscepi contra D. Ioan. Bolognettum, dum publicè interpretarer materiam possessionis in scholis, super illa ardua, & perdifficili quæstione, An possessio Iuris sit, vel facti. Et statim cogitaui illam nulli alij magis quā tibi fore nuncupandam; sermo enim quem præteritis diebus de hac ipsa re mecum habuisti, animum ad hoc excitauit, alioqui à similibus prorsus alienum; Merito igitur tua illa sit, tuoque rogatu prodeat, nuda quidē verborum fuco, sua tamen

naturali puritate gaudens, quam ſi aliqua ex par te tuo deſiderio reſpondiſſe, intellexero, lucri non parum me feciſſe exiſtimabo: ſin ſecus, certo ſcio te beneuoli animi ſignum, quamuis leue non aſpernaturum. Vale.

D. HIERONYMI PAPPONII

PATRICII PISANI

I.C. Clarissimi, Equitis Aurati, & olim in Pisano Gymnasio Ordinarij Iuris Cæsarei Professoris eminentissimi, Disputatio contra Ioann. Bolognettum super subtilissima Quæstione,

An possessio sit iuris, vel facti.

S V M M A R I A.

1 *IOannis Bolognetti laus.*

2 *Opinio Bolognetti in hac Quæstione.*

3 *Auctor sæpè mutata sententia tandem cum Bolognetto conquieuit per diuersa ac noua fundamenta.*

4 *Amicorum flagitationibus Auctor edidit hanc Quæstionem.*

5 *Non in verborum apparatu sed in veritatis inuestigatione laborandum est.*

6 *Auctor confutatis fundamentis Bolognetti probabit possessionem esse facti.*

7 *Intentio Doctorum in hac Quæstione quæ sit.*

8 *Primum Bolognetti fundamẽtum ex l. 1. §. adipiscimur, ff. de acquir. possess.*

9 Solu-

35 Lex

88 Eius-

88 Eiusdem solutio.

89 Per nouas cōsiderationes probatur possessionē esse facti.

90 Possessio non est ius, idest facultas insistendi.

91 Facultas circa possessionem tripliciter consideratur.

92 Quoquo modo consideretur facultas, quod non possit esse possessio, latè probatur.

93 Possessio non est ius actuale, substantiale, particulare.

94 Possessio non est ius actuale, substantiale, vniuersale.

95 Possessio non est ius resultans ex apprehensione possessionis.

96 Resultans sortitur diuersum nomen ab eo à quo resultat.

97 Opinio Alciati recitatur, & ex ea formatur oppositio.

98 Confirmatur eius opinio.

99 Additamentorum plures species referuntur.

100 Additamenta adhærentia non mutant substantiā rei cui adhærent; & cur.

101 Additamenta intrinseca mutant substantiam rei.

102 Soluitur Alciati difficultas.

103 Solutio probatur tripliciter.

104 Respondetur ad confirmationem difficultatis.

1 DOMINVS Ioannes Bolognettus vir acutissimi ingenij inter publicos professores sui temporis facile princeps; & in toto terrarum orbe nominis celebratissimi, in suo tract. de multipli. signifi. & differ. Iur. & fact. & in l. 1. in princ. ff. de acq. posses. disputat latissimè hanc profundissimam, & subtilissimam quęstionem, An possessio sit iuris, vel facti; & communi grauissimorum Iurisconsultorum testimonio me-

lius & exactius quàm alius Modernus sui temporis procedit in perscrutando veritatem huius rei, & in ea tandem per vndecim Fundamenta in dicto tractatu, & quindecim in d.l.j. determinat possessionis quid
2 ditatem; & substantiam facti esse, non autem Iuris seu in Iure consistere.

Ego publicè interpretando principium d.l.primę, & disputando articulum ad partes, non semel variaui in decisione talis quæstionis modo vni modo alteri opinioni adhærens; & tandem resedi in ea sententia,
3 quòd substantia possessionis facti sit, non Iuris; non per fundamenta, vel aliquo ex dictis fundamentis ipsius Bolog. sed alijs nouis ac diuersis considerationibus reprobando dicta fundamenta, & sigillatim illis respondendo.

Et quia multi ex auditoribus priusquam ex me au diuissent responsiones existimabant illa fundamenta nullatenus tolli posse, qui postea illis intellectis incontinenti sententiã mutauerunt, pluries me rogauerunt vt illis copiam facerẽ dictarum mearum responsionũ & q.resolutionis, quamuis semper id facere recusauerim, tandem hodie eorum & aliorũ multiplicatis pre-
4 cibus non potui eorum iusto desiderio non satisfacere; quod vt & mihi & illis commodius foret disputationem ipsam permisi in publicum exire, non alia certè de causa quam ea quam dixi; & insuper vt rem gratam facerem Francisco Lancelotto Perusino I.C.clarissimo, & Interpreti acutissimo Iur.Cęsar. in Pisano Gymnasio qui postulauit à me instantissimè, vt hanc disputationem typis tradere non recusarem.

In qua explicanda, quo expeditius sensus tam difficilis rei percipiatur, operæ precium esse putaui, vti sermo-

sermone plano,& nostris interpretibus familiari prę sertim cum memoriæ proditum repererim in capitu. Basilides, 1.q. 1.non in superficie sed in medulla, non
5 in folijs sed in radice rationis veritatem contineri, & testatum viderim apud Senecam ad Lucilium epistola 33.turpe esse viro verborum flosculos captare,& alibi epist. 100.ad eundem solicitam orationem Philosophum non decere.

In qua etiam disputatione non referam argumenta tenentium opi.quòd possessio Iuris sit, sed tantum circa argumenta Bolognetti & responsiones ad ea la-
6 borabo,cum hoc solum intendam ostendere quòd argumenta eius non subsistũt,& alijs medijs procedi potest ad demonstrandum eandem conclus. veram esse.

Et priusquam disputationem aggrediar,pro intelligentia dicendorum vnum præmittam;quod Docto.
7 quando quærunt An possessio sit iuris vel facti,volũt intelligere vtrum substãtia possessionis iam in esse deductæ consistat in mera & sola insistentia corporis & animi,vel animi tantum in re possessa,& vltra istud factum nihil sit.

An verò vltra talem insistentiam,& sic factum,sit aliud separatũ & per se cõsistens,& sic an sit Ius quoddam seu quædam substantia iuris: Ita præsupponunt omnes post Bart. in d.l. 1.in prin. ff.de acq.possess.quatenus reuocãt in dubium opin.Bart. definientis quòd possessio est Ius insistendi rei.

Hoc præmisso retento pro intelligentia terminorũ quæstionis;ꝙ possessio sit facti argumentatur Bolog.

Primo de tex.in l. 1.§.adipiscimur, ff.de acquiren
8 posses. vbi dicitur quòd pupillus qui habet aliquem intellectum,etiam sine tutoris auctoritate potest inci-

pere possidere, quia illa res facti est, non Iuris: pondera illa verba quæ referuntur ad possessionem & appellant, eam facti, non iuris, & sic probant quòd essentia possessionis tota est facti, & ab ea excluditur ius; Nec dicatur quod text. loquitur de apprehensione possessionis. & sic de illa, prout est in fieri, quæ conceditur esse facti, & possessio, prout est apprehẽsa, & in esse deducta, negatur quòd sit facti; & de ista quærimus nos, Quia replicat Bolog. quòd ille tex. loquitur de habilitate seu capacitate pupilli ad acquirendam possessionem sine tutoris auctoritate, & dicit quòd talem capacitatem habet pupillus, quia possessio facti est; quæ ratio vt concludat, necessarium est fateri, quod sit capax pupillus possessionis, non solum quo ad illius apprehensionem, & sic dum est in fieri, sed etiam postquam est producta, & non solum quo ad modum acquirendi eam, sed etiam quoad modum eam retinendi; aliàs inspecto effectu, pupillus non posset possidere sine tutoris auctoritate, & illa apprehensio esset frustratoria & non considerabilis quo ad Ius.

9 Huic text. cui Bolog. non respondet, responderi potest, quod ille, & tota eius materia nõ loquitur de possessione, prout est in esse deducta, sed de potestate seu capacitate pupilli ad incipiendum possidere sine tutoris auctoritate, vt ibi possit incipere possidere. An illa pupillo competat? & respondetur quod sic, quia illa

10 res facti est, non iuris; Illa ergo verba, quia illa res, de necessitate se referunt ad posse incipere possidere, de qua potentia locutus erat I.C. non autem ad possessionem, de qua non quærebatur, & dicitur ibi quod illa potentia incipiendi possidere facti est, non Iuris; & benè dicit: quia pupillus habet eam ex se à natura absque

que vllo ministerio iuris; & talis facultas quæ naturaliter homini competit, facti est, & non iuris, idest prouenit à solo facto naturali hominis non autem à iure ciuili seu eius concessione; iuxta not. per Doctor. post Bar. in l. cum notissimi, C. de præscript. 30. vel 40. annot. & Bar. in l. 1. col. 2. ff. de cõdic. ex lege, & plene explicat Bologn. in dicto suo tract. num. 57.

Nec obstat consideratio Bolog. quod non est satis
11 quod illa capacitas seu facultas quæ procedit apprehensionem possess. facti sit, sed requiritur alia facultas quæ subsequatur, ad hoc, vt prior facultas non reddatur frustratoria, quæ posterior facultas necesse est dicere quod similiter sit facti, ad hoc, vt pupillus illius sit capax sine tutoris auctoritate; quo dato, sequit quod siue tex. loquatur de possessione, siue de facultate possidendi, semper sit dicendum quod possessio sit facti.

12 Quia replicatur contra Bolog quod ibi non fuit opus habere in consideratione, nisi solum primam potentiam ad apprehẽdendum, cum ibi solum esset quęstio, vt dixi, an pupillus posset incipere possidere, non autem an posset possidere, & sic perseuerare in possidendo, quod verbum incipere, ideo cum mysterio ibi fuit triplicatum.

Alia tamen potentia sequens in retinẽdo possessionem bene requiritur, ne alia prior restet sine effectu, sed negari potest, quod illa sit facti, sed imò dici pōt, quod defendat à Iure disponente, quod pupillus sit capax retinendi possessionem iam quæsitam; prout in simili videmus in filiofam. & seruo, qui licet sint capaces facultatis acquirendi, quia illa naturalis est, & facti, non tamen sunt capaces facultatis retinendi sibi, nisi quatenus Ius concedat, l. placet, ff. de acq. hęredit. &

l. 1. C. de bon. mater. quia talis posterior facultas datur à Iure, & eo non concurrente non producitur l. 1. ff. si quis à parente fuer. manumis.

Et sic prædictis stantibus, apparet istud primum argum. Bolog. non subsistere.

13 Secundo pro eadem parte quod possessio sit facti, dicit Bolog. esse text. clarum in l. 1. §. si vir vxori, ff. de acquir. possess. vbi dicitur, quod si vir donauit vxori possessionem rei suæ, quamuis donatio nõ valeat, nec ex ea dominium transeat, tamen possessio transfertur: quia quæ facti sunt dicit ibi tex. nullo Iure Ciuili infirmari possunt; pondera verba, quæ facti sunt, quæ necessario referuntur ad possessionem, & præsupponunt eam esse facti etiam quo ad sui essentiam, per illud verbum, sunt, quod est verbum importans quid-

14 diditatem, ad not. in l. imperium, ff. de iurisdic. omn. iudic.

Huic text. potest respõderi dupliciter, primo, quod ille quatenus loquitur de possessione, loquitur de pos-

15 sessione reprobata à lege ciuili, vt ꝓbat expresse tex. in l. si eum, ff. de donat. inter vir. & vxor. vbi dicitur, ꝙ vxor Iure ciuili non possidet rem sibi donatam à viro, & ad idem est tex in l. inter virum, eo. tit. & in l. quod vxor, ff. de acquir. possess.

Quę possessio cũ sit reprobata à Iure ciuili, non mirum si appelletur facti, cum vltra ipsum factum nihil sit, & nil mirum etiam si dicat I.C. quod illa nullo Iure Ciuili potest infirmari; quia lex secundum veritatẽ

16 nõ potest facere quin id quod factum est, sit factum, l. in bello, §. factæ, ff. de capti. & postli. reuer. Imo hoc solo dicitur priuari Deus, quod factum infectum facere nõ possit, secundum Arist. lib. 6. Moral. Nicoma.

& refert Tiraquell. cum multis alijs ad id cumulatis in suo tract. de constit. possess. limit. 7. num. 2. & seqq. Bene verum est, quod lex potest fingere, quod factum habeatur pro non facto, sed in casu d. §. non vult fingere possessionem apprehensam haberi pro non apprehensa, quia per talem fictionem nullam fuisset consecuta vtilitatem, quia nihilominus maritus donans possessionem, eam possessionem cedendo vxori, perdidisset, quæ semper perditur, quando quis deponit
17 animum possidendi, iuxta l. 3. §. in amittenda, & l. si quis, §. differentia, ff. de acquir. posses. & vbi ex fictione nulla prouenit vtilitas, lex nunquam fingit, vt dixit
18 Bart. in l. si is, qui pro emptore, num. 27. ff. de vsucap. per istum text. in hoc §. si vir vxori, qui ita illum declarat, & clare explicat Tiraquell. vbi supra nu. 13.
19 Et stante hoc, sequitur, quod iste text. non probet, & nihil faciat ad rem, quia nos loquimur de propria possessione approbata & considerabili, & quærimus, an eius essentia consistat in facto.

Neque est verum, vt dicebat Bolog. in d. l. 1. de acquir. posses. sub num. 161. quod ista possessio non sit reprobata, adeo quod ob id debeat esse facti; quia illa secundum ipsum producit omnes effectus iustæ & approbatæ possessionis excepto iure vsucapiendi; nam
20 producit ius recuperandæ possessionis, si forte vxor ea spoliata sit, l. 1. §. deijcitur, ff. de vi, & vi arma. Item ius percipiendi fructus ex re donata vxori, l. de fructibus, ff. de donat. inter vir. & vxor. Quia respondetur, non esse verum, quod isti effectus producantur ex tali possessione; & quo ad effectum, seu ius recuperan-
21 dę, dicimus, illum prouenire ex ordinatione iur. ciuil. in odium & pœnam spoliatoris, quo ad aliũ effectum

lucrandi

lucrãdi fructus similiter dici poteſt, quod iſte effectus non producatur à poſſeſſione, ſed ex ordinatione Iuris ciuilis, propter bonam fidem vxoris, quãdo crede-
22 bat donationem ſibi factam à viro tenere; qua ceſſante, ceſsat illa facultas lucrandi fructus, vt declarat gloſ. in l. quod vxor, ff. de acq. poſseſ. & eſt tex. in l. ſi vxor filio, ff. de donat. inter vir. & vxor.

Secundo reſpondetur & melius, quod iſte tex. in il-
23 lis verbis, quoniam res facti, non intelligit de poſseſſione in ſui eſsentia, ſed de ceſſione poſſeſſionis rei ſuæ quam fecit vir vxori, & appellat eam rem facti, & bene: quia actus ceſſionis eſt quoddam factum, & tanto plus ibi, quia eſt nudus ab omni fomento Iuris Ciuilis, imo ab eo eſt reprobatus, & damnatus. Iſta ergo ceſſio poſseſsionis, quia eſt meri facti, nullo Iure ciuili poteſt infirmari, quia quæ facta ſunt Ius Ciuile ſecundum veritatem non poteſt informare & reddere non facta, cum tali poteſtate careat ne dum lex humana, ſed etiam ipſa Dei omnipotentia, piè ſemper loquendo, vt dixi.

Et ſecundum hoc patet quod tanto minus ille tex. probat quod poſseſsio habeat ſuam quidditatem, ſeu ſubſtantiam in facto.

24 Tertio, quòd poſseſsio facti ſit, argumentatur Bolog. de l. denique, ff. ex quib. cau. maio. vbi ſecundum ipſum habetur, quod poſsidens captus ab hoſtibus deſinit poſsidere, & reuerſus Iure poſtliminij non recuperat poſseſsionem: & rationem ſubdit, quia res facti non continetur poſtliminio. Ecce, quod I.C. in ratione appellat poſseſsionem rem facti, nimirum, quia illa quo ad ſui ſubſtantiam tota facti eſt.

Huic argum. cui Bologn. credit non poſse realiter reſponderi,

sponderi crediderim ego plenè & perfectè responderi posse.

Et animaduerto, quod materia & principale quæsi
25 tum illius text. non est de possessione sed de vsucapione emptoris, qui eam inchoauerat antequam caperetur ab hostibus, Vtrum illa cum esset interrupta per captiuitatem reuerso captiuo ab hostibus deberet iure postliminij restitui; ita clarè volunt illa verba prius quam per vsum sibi acquireret. Et deciditur, quod vsucapio interrupta postliminio non restituitur ibi placet interruptam possessionem &c. Iuncta glo. in verbo possessionem quæ exponit, id est vsucapionem; & subijcit ratio, quia scilicet vsucapio sine possessione non consistit, possessio autem plurimum facti habet causa verò facti non continetur postliminio.

Pondero modo, quod in ista ratione bis mentio fit
26 de possessione; primo in illis verbis, quia vsucapio sine possessione, quæ verba sine possessione non aperiunt eius quidditatem, vtrum illa facti sit, vel iuris, & sic nihil probant quod sit facti.

Secundo fit mentio de possessione in illis verbis possessio autem plurimum facti habet, quæ verba similiter non possunt probare, quod possessionis substantia facti sit; in primis, quia non dicunt, quod possessio sit facti, sed quod possessio habet plurimũ facti, quod verbum, plurimum, excludit quod tota illius essentia facti sit, & innuere videtur, quod participet etiam, seu possit participare plurimũ de Iure, maximè quia sunt alia iura, quæ dicunt possessionem habere plurimum iuris, vt est text. in l. possessio quoque, ff. de acq. poss. & not. glos. mag. in d. l. deniq;, & tradit magistraliter Bar. in l. si is qui pro emptore, num. 10. ff. de vsucapion. Vl-

C terius

terius quia si illa verba, plurimũ facti, probarent, quod essentia possessionis esset facti, sequeretur dicendum, quod illa verba, plurimum Iuris, de quibus in dicta l. possessio quoq; probarent, quod possessionis substantia esset Iuris; vnde eueniret, quod possessio haberet duas essentias, seu substantias, quod est absurdum dicere, quia vnius entis vna tãtum est substantia, & non multiplex.

Quare remanet, quod illa verba, plurimũ facti, non possint probare, quod possessio facti sit.

Nec dicatur, quod illa alia verba, quæ ibi sequuntur, videlicet, causa verò facti, probent quidditatẽ possessionis esse facti, maximè exponendo, vt facit glo. ibi, in verbo, causa, quæ accipit ibi causam facti, pro effectu possessionis, qui secundum ipsam est vsucapio; & possessio quæ illam producit, appellatur factum simpliciter, innuens tex. quod tota & integra essentia possessionis facti sit; quia respondetur, quod nec ista verba probant quod possessio tota facti sit, quia sibi ipsi I.C. contradiceret, cum paulò ante dixisset possessionem habere plurimum facti, & sic non esse totaliter facti. Illa ergo verba, causa verò facti, volunt hoc, quod vsucapio nõ procedat sine facto, idest possessione, quæ habet plurimum facti, & ista, causa facti, scilicet vsucapio, quæ non procedit sine possessione, quę habet plurimum facti, non continetur postliminio.

Et sic in effectu ex prædictis apparet, quod ille tex. in nulla sui parte probat concludenter possessionis quidditatem esse facti.

Solum pro perfecta intelligentia illorum verborũ, videlicet, causa verò facti, superesset declarandũ quare velit I.C. quod ista causa facti, id est, vsucapio, quæ

verè

verè & naturaliter fuit interrupta per captiuitatem, non contineatur postliminio; cui quæsito quamuis alij Doctores, quos viderim in hac disputatione, non satisfaciant; satisfaciunt tamen plenè omnes post Bart. in l. si is qui pro emptore, ff. de vsucapio. & melius, & copiosius quàm cæteri, istud facit Bolog. ibi, num. 95. cum pluribus seqq. vbi assignat decem rationes, & sigillatim eas confutat, & tandem num. 98. cum tribus seqq. ponit suam, vt videre est apud eum.

Ego verò non prosequendo, sed restringendo eius verba, assignabo rationem non omnino diuersam à ratione Bolog. sed magis adaptabilē ad casum nostrum.

Sed priusquam istud agam, præmitto secundū Bar. in d. l. si is qui pro emptore, de vsucap. col. 3. post medium, sub num. 4. quem sequuntur ibi commu. Doct. teste Bolog. num. 134. quod postliminium habet duo capita principalia, primum recuperatiuum, secūdum translatiuum; & rursus, primum caput recuperatiuum

28 continet aliud caput, quod potest dici suspensiuum; & sic in effectu sunt tria capita postliminij, vnum suspensiuum, aliud recuperatiuum, & tertium translatiuum, & ista omnia probat Bart. & Doctor. per text. in l. postliminium, in princ. & l. postliminij ius, & l. retro, ff. de capti. & postlim. reuer. & in §. sed si ab hostibus, Instit. quib. mod. ius patr. potestat. soluit. Et in istis tribus capitibus operatur postliminium diuersis modis & temporibus. Et in primo capite suspensiuo opera-

29 tur, quod omnia iura, quę habet captiuus tempore captiuitatis, suspendantur, seu maneant in suspenso, & conseruentur, seu cōtineantur postliminio; & ista operatio & suspensio incipit à tempore captiuitatis.

30 In secundo capite recuperatiuo operatur postlimi

nium, quod reuersus ab hostibus omnia iura, quæ fuerunt suspensa per operationem primi capitis recuperet; quæ operatio incipit à tempore, quo captus reuertitur, & ponit pedem intra limites imperij, d.§.sed si ab hostibus.

In tertio capite operatur postliminium, quod om-
31 nia iura capiti quæ fuerant in suspenso, & secundum veritatem non fuerunt penes ipsum captum, dũ mansit in captiuitate ab hora reuersionis, & recuperationis fingantur retro fuisse penes eum continuo, & semper.

Et in primo, & secundo capite postliminium ope-
32 ratur secundum veritatem illam sequendo, in tertio operatur contra veritatem vtendo fictione secũdum eundem Bart. vbi supra sub nu. 5. in 3. col. in fin. quem sequuntur commun. Doctor.

Secundo præmitto, quod tex. in d.l. denique loqui
33 tur de primo & secundo capite postliminij tantum; non autem de tertio, vt patet ibi postliminio non restitui, & ibi non continetur postliminio.

His modo præmissis dico, quod ratio quare vsucapio non contineatur postliminio est, quia illa secun-
34 dum veritatem fuit interrupta in illo instanti temporis quo vsucapiẽs fuit captus ab hostibus; & ob id Ius vsucapiendi iam extinctum non potuit suspendi per postliminium in primo capite, & sic non potuit contineri postliminio; quod enim non est suspendi nõ potest. Ratio autẽ quare vsucapio fuit extincta est quia in eodem instanti temporis præcessit extinctio possessionis, sine qua ipsa vsucapio non poterat consistere. Et hoc voluit dicere I.C. in d.l. deniq;, dum ait quod vsucapio interrupta non restituitur postliminio, hoc

est

est vsucapio, quia erat verè interrupta; & propterea non potuit contineri, & conseruari & postliminio non potuit sine isto medio restitui, cum non detur transitus de vno extremo ad aliud sine medio, vt volunt significare illa verba quæ sequuntur, causa verò facti nō continetur postliminio, hoc est vsucapio, quę sine facto possessionis non potuit conseruari non continetur postliminio, id est, non manet in suspenso, nec conseruatur per postliminium, sicut continentur, & conseruantur alia iura, quæ ad sui conseruationē non indigent substentaculo facti.

Et ista omnia procedunt secūdum veritatem, & veros terminos postliminij in istis duobus capitibus suspensiuo, & recuperatiuo, in quibus postliminium nihil fingit, sed vult vti veritate, vt dixi.

Et si quæras iterum, quare postliminium noluit in hoc scilicet, quoad conseruandam possessionem, & vsucapionem fingere, & per eam operari; cum non sit dubium, quod potuisset si voluisset. Respondeo, quod noluit vti fictione ad hoc, quia ex eo resultasset vnum iniquum, videlicet, quod captus dum maneret in captiuitate vsucapiendo priuasset dominum dominio
35 rei suæ, & lex non solet fingere, quando ex fictione induceretur aliquid contra æquitatem, quæ est basis fictionis, & sine qua fictio non potest fundari secūdum Bart. in d. l. si is, qui pro emptore, num. 67. & istam rationem tradit tex. in l. nec vtilem, quæ continuantur ad d. l. denique ibi, cum sit iniquissimum &c. & sequitur Alber. in d. l. denique, in prima oppos. post glos. ibi in verbo causa.

Et quod ista fuerit ratio quare postliminiū noluit
36 fingere circa conseruationem possessionis & vsucapionis

pionis

pionis, patet, quia cessante ista iniquitate, possessio & vsucapio continentur postliminio, vt probat tex. omnino videndus in l. Iulianus, §. eum qui, ff. eod. tit. ex quibus cau. maior per quem idem dicunt glos. in d. l. denique, in verbo cau. & Alberic. ibidem, quos similiter videndos moneo.

37 Quarto pro eadem opinione, quod possessio sit facti instat Bolog. de tex. in l. 1. § Scæuola, ff. si quis test. lib. esse ius. fuer. vbi hæreditas, quæ comprehendit omnia iura, quæ habebat defunctus dum viuebat, non cō prehendit posses. quæ facti est, & animi. Ergo ex ista ratione tex. videtur manifestè colligi possessionis substantiam totam facti esse seu in facto consistere, quia insistentia corporis, & animi in re possessa est quędā mera substantia facti, vt ostendimus supra.

Nec ille text. potest intelligi de possessione, prout est in fieri, sed necessariò debet intelligi de possessione producta in esse, vt clarè ostendit ipse Bolog. Nec quod ipsa sit ius debile, & ideo ad sui cōseruationem requirat sustentaculum facti. Quia secundum eundem habemus iura longe infirmiora ipsa possessione, & tamen transeunt in hæreditatem extinctis adminiculis istis corporis & animi morte possidentis. Vnde dicendum, quod corpus & animus quoad possessionem non sint loco adminiculi illam sustinentis, sed quod in ipsis consistat propria essentia possessionis.

Nec pariter dici potest, quod illa non trāseat, quia sit Ius personale, vt est vsusfructus. Quia imo ait Bo-
38 log. possessio non est Ius personale, sed imo est Ius perpetuum, quia inquit, iura causantia possessionem transeūt ad hęredes, vt titulus defuncti possidētis, qui transit ad hæredes possidentis, quia dicitur esse iuris.

Et

Et ideo concludit Bolog.istud argum.esse solidissi
mum pro ista parte.

Sed respondendo huic fundamento dico, quod ip
sum quamquam re uera solidum sit, non tñ est adeo
firmum vt credam illud esse omninò inexpugnabile.

Et considero, quod illa verba, de quibus in eo tex.
39 videlicet, quæ facti & animi est, per quæ Bologn.vult
probari essentiam possessionis esse facti, non sunt ta-
lia quæ istud necessario importēt, quia similis modus
loquendi aliud infert; prout in simili videmus, quod
iste modus loquendi, ista est quæstio facti, vel est quæ
40 stio Iuris, non inferunt, quod factum, vel ius, sint sub-
stantia quæstionis, sed quod ius, vel factum, determi-
nant tales quæstiones, iuxta tex. & ibi tradita per Do
ctor. in l. si mora, ff. de vsur. & in l. Aretusa, in fin. con-
iuncta cum l. seq. ff. de stat. homi. Item videmus, quod
iste alius similis modus loquendi, Ius in facto est posi
tum, non importat, quod ipsius Iuris positi in facto,
substantia sit ipsum factum, sed magis importat quod
decisio ipsius positi in facto, pendeat ab ipso facto, vt
est tex. in l. si ex plagis, §. in cliuo Capitolino, ff. ad leg.
Aquiliam.

Illa ergo verba in d. §. Scæuola, quia possessio facti,
41 & animi est, important magis, quod possessionis con
seruatio pendeat à corpore, & animo, quā quod pos-
sessionis substantia constet ex corpore & animo.

Et eo stante, illa ratio vult hoc, quod hæreditas nō
possideat, quia possessio corpore, & animo conserua-
tur, & illis deficientibus extinguitur, & cum per mor
tem possidētis vtrunq; sit extinctum, non mirū si post
mortem ipsius non potuerit possessio transire in hæ-
reditatem, quæ non est nisi post mortem, & ante illud

tempus

tempus posseßio iam sit extrinseca; & hoc stāte patet, quod illa verba probant hoc tantum, quod posseßio non potest conseruari sine corpore, & animo. Sed per hoc non sequitur esse probatum, quod vltra ista duo substantia posseßionis non sit aliud separatum; & nos quærimus hoc solum, & non aliud.

Etsi tu dicas cū ipso Bolog. si est verum, quod pro-
42 pria essentia possessionis nō sit facti, qua re est, quod lex introduxit, quod illa sine animo & corpore non poßit conseruari, sicut conseruantur Iura, quæ non egent talibus fulciminibus. Respondeo, quod hoc non tollit in aliquo responsionem, cuius robur fundatur in eo, quod posseßio ad sui conseruationem requirit corpus, & animum, & istud præsuppositum est verissimum, & irrefragabile, & tamen non propterea sequitur necessario; quod eius essentia non sit aliud quiddam separatum vt ostendi.

Præterea respondendo quæsito Bolog. dico, quod
43 possessio ideo requirit corpus, & animum, quia potest esse Ius diuersæ naturæ ab alijs iuribus, quæ ista non desiderant, sicut in simili videmus, quod vsusfructus requirit vt non poßit cedi; item quod finiatur morte vsufructuarij, & tamen videmus, quod ista requisita non desiderant alia iura; non tamen propterea sequitur, quin vsusfructus sit ius; sed tamen sequitur, quod non sit Ius eiusdem naturæ, sed diuersæ ab alijs iuribus, vt dicebam.

Et si rursus dicas, quod licèt verum sit, quod extincto corpore & animo possidentis, extinguatur quoq; possessio illius secundum veritatem, & ea attenta, tamen sumus in casu, in quo inducta est fictio circa principale, nempe circa personam possidentis, quæ fingitur vi-

44 tur viuere per hæreditatem, quæ in eius locum succedit, & sustinet illius personam, & operatur quod ipse qui verè est mortuus, non sit mortuus, sed viuat, iuxta tex. in l. mortuo, ff. de fideiussor. & in l. cum hæreditas, C. depos. & Instit. de stipul. seruor. in princ. & consequenter, quod eius animus, & corpus non fuerint extincta, & proinde quod per hæreditatem deberet conseruari possessio sicut conseruantur alia iura defuncti, quæ per mortem fuissent extincta, sequendo veritatē, cum mors verè omnia soluat, §. deinceps, in Auth. de nupt. & tamen per ipsam fictionem habentur pro non extinctis.

Respondeo, quod hæreditas non semper, & in omnibus sustinet vicem defuncti, quia non in his in qui-
45 bus factum defuncti erat necessarium dum viuebat: nam in talibus non sustinet vicem defuncti, vt est tex. in l. hæreditas in multis, ff. de acq. rer. domin. per quę ita volunt Bart. num. 20. Ias. num. 28. Bolog. num. 85. in d. l. si is qui pro emptore, & per consequens, non repræsentat eum in possessione, quæ facti est, & animi, d. §. Scæuola, hoc est desiderat insistentiam corporis & animi possidentis; Vnde nō mirum si in casu hoc sit attendenda veritas vt dicebam, secundum quam possessio, quæ verè fuit extincta per mortem possidentis, non potest sustineri per hęreditatem, quæ quo ad hoc non fingitur sustinere eius vices.

46 Quinto pro eadem sententia, quod possessio sit facti, ponderat Bolog. text. in d. l. cum hæredes, §. 1. ff. de acq. poss. vbi dicitur, quod captiui habent Ius retinendi iura rerum suarum Iure singulari postliminij, possessionem tamen corporalem non retinent, quia non possunt possidere, cum ab alio possideantur.

D Modo

Modo si Iure singulari captiui retinent Iura rerum suarum, possessionem verò non, sequitur secundũ Bolog. quod possessio non sit Ius, quia si esset, ipsa retineretur Iure singulari.

Et non est dubium, quin ille text. licèt loquatur de possessione corporali, eius appellatione comprehendat tam possessionem naturalem, quæ retinetur corpore, quam ciuilem, quæ retinetur animo, quia aliàs si captiuus illam non perderet per captiuitatem posset vsucapere, quod tamen non potest facere, d. l. denique, ff. ex quib. caus. maior.

Et dicit Bolog. quod iste text. probat efficaciter istam partem.

Sed huic text. respondendo dicimus, quod potest
47 retorqueri contra Bolog. dicit enim, quod Iure singulari seu postliminij captiuis conseruantur Iura rerum suarum, possessio tamen non conseruatur, pondera dictionem, tamen, quæ est aduersatiua, l. quid tamen, ff. de recept. arbit. l. ita tamen, ff. ad Trebell. Bald. in l. 1. in princ. col. 1. in fine, ff. si quis Ius dicenti non obtemper. Modo sic; si possessio esset facti, nõ est dubium, qđ illud dictum de poss. parum ibi aduersaretur alteri dicto de Iuribus. Nã cũ in priori dicto cõtineatur, quod Iura rerum conseruantur Iure postliminij, parum dubitationis esset, si possessio esset facti, & sic diuersa, qđ illa non conseruetur propter naturam contrariam.

At si retineamus, qđ possessio, & ipsa Iuris sit propter eandem naturã inter ipsam, & alia iura, quæ conseruantur, maior resultat dubitatio, quare & ipsa cum Iuris sit, non conseruatur Iure postliminij, sicut alia iura; & in dubio text. debet intelligi in casu magis dubitabili, vulg. l. quod Labeo, ff. de Carb. edic.

Præte-

Praeterea dico, quod ista consequentia non bene se
48 quitur, Iura captiui conseruantur postliminio, posses
sio non conseruatur, ergo possessio est facti; sed melius currit ista consequentia, ergo possessio non est ius, sed non sequitur non est Ius, ergo est merum factū, quia potest esse factum mistum, scilicet, ex iure, seu approbatione Iuris, & ex ipso facto approbato.

Et ita in summa ex prędictis apparet, quod ille tex. non probat concludenter, quod possessio in sui substantia facti sit.

Ratio modo quare possessio non contineatur postliminio, neque in capite suspensiuo, neque recuperatiuo, est illa eadem, quam assignaui supra in responsione ad d.l. denique, ff. ex quib. caus. maior. cuius quidē text. decisionem facit etiam text. hic in isto §. 1. Ideo dicta ibi habeantur pro repetitis hoc loco.

49 Sextò, quod possessio sit facti arguit Bolog. sic; dominium actio, & vsusfructus non amittuntur obliuione; At possessio obliuione amittitur, ergo possessio nō est Ius, sed factum.

Sed huic argumentationi respondetur, quod non
50 currit consequentia, obliuione non perduntur aliqua iura, At possessio perditur, ergo substantia possessionis non potest esse Ius, quia stant ista simul, & non repugnant, quod possessio sit Ius, & vnum de illis iuribus, quod perditur obliuione. Vnde melius currit ista alia consequentia, videlicèt, ergo possessio non habet naturam caeterorum Iurium, sed non sequitur, non habet naturam iurium in hoc casu, ergo non habet substantiam, cum natura rei & substantia sint diuersa; & ex diuersis nō fiat bona illatio, vulg. l. Papinianus exuli, in fine, ff. de minor. facit l. prima, §. si conueniat, ff.

depos. iuncta l. cũ precario, ff. de precar. & tradunt glo. & Doct. in l. pacta conuenta, ff. de contrah. empt.

Et possumus dicere, quod non habeat naturam cę-
51 terorum iurium, quia illa fuit qualificata hoc requisito à lege, vt ad ad eius conseruationem requiratur animus, qui per obliuionem perditur; sicut videmus in alijs Iuribus, quæ non habent eandem naturam: Nam vsusfructus fuit à lege qualificatus istis requisitis, vt non possit cedi nec transferri, quibus requisitis non fuerunt qualificata alia Iura; & si quæras cur tam variè fuerit ordinatum à lege: respondetur, quia ita sibi facere placuit, & sufficit quod simus certi de effectu, arg. l. non omnium, ff. de legib. & in his quæ sunt iuris positiui, sufficit pro ratione voluntas, l. quia poterat, ff. ad Trebellian.

52 Septimò ad probandum, quod possessio sit facti, vtitur Bolog. hac ratione; Iura etiam quod sint personalia, & vilissima, quæ quis habet in aliqua re, non amittuntur si per violentiam auferatur ipsa res, l. 3. §. fina. & l. si de fundo, ff. de vi, & vi arma. & tamen ex violentia per quam possidens expellitur de re ipsa, amitit possessionem rerum siue mobilium, siue immobilium, l. sed si nolit, ff. de acq. possess. non solum quæ retinetur corpore, sed etiam animo, vt expeditè probat text. quem Bolog. non allegat, in l. 1. in fine, ff. de vi, & vi arma. ergo possessio est facti.

Huic rationi quam ipse Bolog. plurimi facit, puto
53 multis modis responderi posse, in primis, non tenere consequentiam, per violentiam non perduntur Iura, quæ habet possessor in re, de qua expellitur; at possessio amittitur, ergo possessio est facti, sed consequentia quæ currit est, ergo possessio non est ius in eadem re;

sed

ſed non ſequitur,non eſt Ius,ergo eſt factum: quia dari poteſt medium,ſcilicèt,quod ipſa non ſit merè ius, & non ſit merè factum, ſed quoddam ens compoſitũ ex iure,& ex facto: ſicut non tenet conſequentia , iſta actio non eſt perſonalis,ergo eſt in rem:quia poteſt eſſe mixta,§. omnium, iuncto §. quædam , Inſtit.de action.

Item non valet,non eſt merum Imperium,ergo eſt iuriſdictio in ſpecie : quia poteſt eſse imperium mixtum,l.imperium,& ibi Doct.ff.de iuriſd.omn.iud.

Et ſi dicatur,conſequentia curreret ſi daretur poſſeſſio mixta,ſed non reperitur hoc iure cautum;replicatur,ſatis eſſe,quod non reperitur prohibitũ,& ſufficit etiam quod iure caueatur, quod datur poſseſſio , quæ dicitur habere plurimũ Iuris , & modicum facti,
54 & è contra:vnde,cum participet de vtroq; extremo , dici poteſt quod ſit mixta.

Vlterius,dato quod aliqua iura dicerent ſimpliciter poſseſſionẽ eſſe iuris,& aliqua quæ dicerent poſſeſsionem eſſe facti,prout reperiuntur,ſatis ex hoc dici poſset eſse probatum,dari poſse poſseſsionem mixtam, cum ex ſimplicibus poſſit formari mixtũ : ſicut in ſimili dicitur,quod probatis extremis,dicitur probatum medium, quod eſt quoddam compoſitum de duobus extremis.

Præterea,dicimus, quod Bolog.non probat, quod
55 nulla iura , vel iura & ſic vniuerſaliter,vel indefinitè non perdantur per violẽtiam: nam tunc poſset forſan fieri conſequentia , ergo poſseſsio non eſt Ius,per argumentum à commun.accidentibus, quod ſolet concludere præſumptiuè,donec contrarium non probetur,ſecundum gloſ. commu.approbatam in l.neq; natales,

tales, C. de probat. Sed ad probandum, quod iura expulsi non amittuntur per expulsionem, allegat solum duos text. videlicèt, in l. 3. §. fin. & in l. si defuncto, ff. de vi & vi arma. qui loquuntur de vsufructuario, qui per expulsionem non perdit ius vsusfructus, quod ipse habet in re, de qua expellitur: Vnde, non sequitur, non perditur ius vsusfructus, ergo alia iura diuersa à iure vsusfructus non perduntur: quia ex vno vel duobus singularibus nõ potest inferri ad omnia, vt docet Pet. Andreas Gamma. lib. 1. cap. 5. Dialect. legal. quatenus sentit, quod argumentum ab inductione requirit pluralitatem singularium, ad hoc, vt per id possit fieri probabilis consequentia, & idem etiam docet Euerar. in sua Centur. in loco à parti. enumerati. num. 1. & 3.

Vlteriùs consequentia prædicta non tenet, perditur possessio per violentiam, ergo illa est facti; quia perditur, quia animus, per quem ipsa cõseruabatur extinguitur. Vnde dico, ꝙ potest esse ius, quod tamen ad sui conseruationem requirit factum, seu insistentiã animi, & sic ius qualificatum.

Confirmatur respõsio, quia dato, quod per violen-
56 tiam non perdãtur iura simplicia, perditur tamen ius qualificatum. patet: quia vsusfructus perditur per expulsionem, si post eam vsusfructuarius steterit per tẽpus statutum quod non fuerit vsus, vt est casus in d. l. si de fundo, & l. antece. ff. de vi, & vi arma. nimirũ, quia cessat tunc in eo qualitas a iure requisita, & illi annexa ad illius conseruationem; sic in simili dicere possumus de possessione, quod illa perdatur per expulsionem, quia per eam deficit animus possidendi, per quem conseruatur possessio, sed per hoc non sequi-

tur,

tur, quin possessio possit esse ius formale in sui substantia, licèt qualificatum, vt dixi qualitate requisita ad illius conseruationem.

Et insuper quod vsusfructus sit ius qualificatum
57 qualitatibus diuersis ab alijs iuribus, patet: quia iura regulariter possunt transferri & cedi, l. cum hæredes, in princ. ff. de acq. poss. vsusfructus autem, licèt sit ius, cedi non potest nec transferri, §. finitur, Institut. de vsufruct.

Postremo dico, quod istud argumen. quod Bolog.
58 tanti æstimat, videlicèt, per expulsionem non perduntur iura; at perditur possessio, ergo possessio non est Ius, in effectu reducitur ad hoc, & in eo fundatur, quod possessio in eo casu expulsionis non sequitur naturã iurium; quo stante, dico, quod si istud argum. concluderet, sequeretur etiam concludendum, quod in alijs casibus, in quibus possessio sequeretur naturã iuriũ, deberet esse ius; exempli gratia: nos habemus, quod dominium acquiritur ignoranti, possessio similiter acquiritur ignoranti, l. 1. C. per quas person. nob. acquir. In hoc ergo casu possessio deberet esse ius, sicut dominium, quia scilicèt in hoc illa est eiusdem naturæ cuius est dominium; & sic secundum diuersitatem, & identitatem naturæ, possessio tanquam alter Camaleon in variando colorem, deberet variare suam substãtiam, & modò deberet esse Iuris, modo facti, quod absurdum est dicere, quia substantia semper est eadẽ, nec potest vnquam à se ipsa separari, quin eius subiectum corrumpatur, l. Iulianus, §. si quis rem, ff. ad exhibend.

Et hæc vltima responsio fuit Marcell. Beringu. in sua Apologia in hunc tractatum Bolog. de iur. & facti differ.

tales, C. de probat. Sed ad probandum, quod iura expulsi non amittuntur per expulsionem, allegat solum duos text. videlicèt, in l. 3. §. fin. & in l. si defuncto, ff. de vi & vi arma. qui loquuntur de vsufructuario, qui per expulsionem non perdit ius vsusfructus, quod ipse habet in re, de qua expellitur: Vnde, non sequitur, non perditur ius vsusfructus, ergo alia iura diuersa à iure vsusfructus non perduntur: quia ex vno vel duobus singularibus nō potest inferri ad omnia, vt docet Pet. Andreas Gamma. lib. 1. cap. 5. Dialect. legal. quatenus sentit, quod argumentum ab inductione requirit pluralitatem singularium, ad hoc, vt per id possit fieri probabilis consequentia, & idem etiam docet Euerar. in sua Centur. in loco à parti. enumerati. num. 1. & 3.

Vlteriùs consequentia prædicta non tenet, perditur possessio per violentiam, ergo illa est facti; quia perditur, quia animus, per quem ipsa cōseruabatur extinguitur: Vnde dico, ꝙ potest esse ius, quod tamen ad sui conseruationem requirit factum, seu insistentiā animi, & sic ius qualificatum.

Confirmatur respōsio, quia dato, quod per violen-
56 tiam non perdātur iura simplicia, perditur tamen ius qualificatum. patet: quia vsusfructus perditur per expulsionem, si post eam vsusfructuarius steterit per tēpus statutum quod non fuerit vsus, vt est casus in d. l. si de fundo, & l. antece. ff. de vi, & vi arma. nimirū, quia cessat tunc in eo qualitas a iure requisita, & illi annexa ad illius conseruationem; sic in simili dicere possumus de possessione, quod illa perdatur per expulsionem, quia per eam deficit animus possidendi, per quem conseruatur possessio, sed per hoc non sequitur,

tur, quin possessio possit esse ius formale in sui substantia, licèt qualificatum, vt dixi qualitate requisita ad illius conseruationem.

Et insuper quod vsusfructus sit ius qualificatum
57 qualitatibus diuersis ab alijs iuribus, patet: quia iura regulariter possunt transferri & cedi, l. cum hæredes, in princ. ff. de acq. poss. vsusfructus autem, licèt sit ius, cedi non potest nec transferri, §. finitur, Institut. de vsufruct.

Postremo dico, quod istud argumen. quod Bolog.
58 tanti æstimat, videlicèt, per expulsionem non perduntur iura; at perditur possessio, ergo possessio non est Ius, in effectu reducitur ad hoc, & in eo fundatur, quod possessio in eo casu expulsionis non sequitur naturã iurium; quo stante, dico, quod si istud argum. concluderet, sequeretur etiam concludendum, quod in alijs casibus, in quibus possessio sequeretur naturã iuriũ, deberet esse ius; exempli gratia: nos habemus, quod dominium acquiritur ignoranti, possessio similiter acquiritur ignoranti, l. 1. C. per quas person. nob. acquir. In hoc ergo casu possessio deberet esse ius, sicut dominium, quia scilicèt in hoc illa est eiusdem naturæ cuius est dominium; & sic secundum diuersitatem, & identitatem naturæ, possessio tanquam alter Camaleon in variando colorem, deberet variare suam substãtiam, & modò deberet esse Iuris, modo facti, quod absurdum est dicere, quia substantia semper est eadẽ; nec potest vnquam à se ipsa separari, quin eius subiectum corrumpatur, l. Iulianus, §. si quis rem, ff. ad exhibend.

Et hæc vltima responsio fuit Marcell. Beringu. in sua Apologia in hunc tractatum Bolog. de iur. & facti differ.

differ. ſub nu. 18. verſ. fuit etiam dictum, licèt ipſe non ſic deducat.

59 Octauo loco argumentatur Bolog. quod poſſeſſio ſit facti, de l. cum hæredes, in princ. ff. de acq. poſſ. vbi dicitur, quod ad hæredes tranſeūt omnia iura. At poſſeſſio non tranſit, ergo poſſeſſio eſt factum.

Huic argum. reſpondetur in primis, quod non va-
60 let, iura hæreditaria tranſeunt ad hæredes, ergo poſſeſſió quæ non tranſit, eſt facti: quia poteſt eſſe quod ſit ius, & non tranſeat, vt accidit in vſufructu, quem habebat defunctus dum viuebat, qui non tranſit ad eius hæredes, §. finitur, Inſtit. de vſufruct. & certum eſt', quod data inſtantia argumentum corruit, gloſ. in §. pauonum, Inſtit. de rer. diuiſione.

Præterea, quod iſta conſequentia non ſit bona, poſ
61 ſeſſio nō tranſit, ergo eſt facti, demonſtratur iterum: quia quamquam Regula ſit, quod facta quia cohærēt perſonæ, non trāſeant de perſona ad perſonam, §. ſed cum factum, Inſtit. de ſtipul. ſeruor. l. quod dicitur factum, ff. de verbor. oblig. & l. qui hæredi, in princ. ff. de condit. & demonſtr. Illa tamen procedit in factis, quæ
62 non poſſunt explicari eodem modo, & æquè commodè per diuerſas perſonas; At in illis quæ poſſunt eodem modo æqualiter explicari per plures; facta licet perſonæ cohærentia, poſſunt tranſire, vt eſt text. notabilis ad hoc, in l. veteris, C. de contrahen. & commit. ſtipul. & ibi not. commun. Doctor. & eleganter declarat inſignis Hiſpan. Anto. Gome. variar. reſolutio. Tomo 1. cap. 9. ſub num. 3. verſic. confirmatur etiam; dicitur in eo textu, in verſ. illa ſubtili & ſuperuacua, &c.
63 quod factum, quod æquè bene poteſt compleri per plures, iniunctum vni, poteſt compleri per alium, illa

ſubtili

subtili scrupulositate explosa, per quam putabant nõ esse possibile, factum ab alio compleri, quod alij impositum est; & sic ibi Imper. reijcit illam impossibilitatẽ, & contra illam fingit, seu dispensat, facta, quamquam personalia, posse transire in casu prædicto. Et ita accidere posset in possessione, quæ est de illis factis, quę ęquè commodè possunt compleri per plures, cum res quæ possidetur ab vno, ęquè commodè possit ab alio possideri.

Quod factum tanto facilius deberet transire in hæredem illius cui ipsum factum inhæret, qui reputatur eadem persona cum eodem, & in habentibus symbolum facilior fit transitus, Bar. in l. Centurio, ff. de vulg. & pupill. substit.

Vera igitur ratio quare in casu d. l. cum hæredes, in
64 principio, possessio non transeat ad hæredem qui adiuit, est illa, quam formaliter assignat alibi I.C. in d. l. 1. §. Scæuola, quia scilicèt possessio non fuit in hæreditate, vnde impossibile est, quod per aditionem potuerit transire in hæredem, in quem per aditionem transeunt omnia iura quæ fuerunt in hæreditate.

Et si dicatur, quod illa non fuit in hæreditate, quia illa facti & animi fuit, vt dicit text. in d. §. Scæuola, & sic, quia est facti, cum vtrumque sit facti, per l. bonæ fidei, ff. de acq. rer. domin. respondetur, quod illa verba, vt suprà dixi, nõ implicant necessariò, quod possessio quo ad sui essentiam sit facti, sed aliud sibi volunt, vt dixi ibi, respondendo ad illum §. Scæuola, quo vos remitto.

Non omitto tamen vnum, de quo suprà dixi, & fre-
65 quenter in omnium ore versatur, quod corpus, & animus sunt facti, quod istud verũ quidem est, capien-

do corpus & animum pro insistētia corporali,& intel lectuali in aliqua re, & sic prout vtrumque operatur, & stat coniunctum cum actu operandi;& hoc volunt omnes, & non potest in dubium reuocari; sed considerando corpus & animū in se, & prout ista non sunt cōiuncta cum actu operandi,negari potest,quod ista sint facta; sed magis dici debent res factæ,iuxta differentiam quam inter ista faciunt commun. Doctor.in l.stipul.non diuiduntur,ff.de verb.oblig.& melius cæteris declarat Bolog.in l.4.§.Cato,eod.tit.num.47.& 48.Quæ res factæ & productæ ex facto, seu operatione,quandoque sunt Iuris,& non facti, vt videre est in obligatione,quę producitur ex facto, puta ex contractu,& tamen non habet substantiam facti, sed est ius, vt Instit.de obligat.in princ.iuncta l.consilio, in fin.ff. de curator.furios. Ad propositum modo dico, quod possidere rem siue corpore,siue animo, est quoddam factum,sed per hoc non sequitur,quin possessio, quæ videtur quid resultans, non possit in sui essentia esse ius,sicut videmus in simili,quod ire est factū, d.§.sed cum factum,Instit.de stipul.seruor. tamen iter est ius, Instit.de seruit.rustic.præd.in princip.

Et hic vnum non possum præterire, quin obiter animaduertam, quod Doctor. ad probandum quod
66 animus sit facti, siue quod ea quæ consistunt in animo, sunt facti,allegant tex.in l.bonæ fidei,ff.de acqu. rer.domin. quem text. semper existimaui temerè ad probandum hoc fuisse allegatum, & longè diuersum voluisse sentire, an videlicèt,quod quis possideat bona vel mala fide,id est bona vel mala conscientia, pertineat ad Ius,vel ad factum determinare, hoc est,pertineat ad legem vel ad factum, id est secretum animi

iudicium

iudicium illius qui possidet, decernere: nam fides quã doque sumitur pro cõscientia, iuxta dictum Pauli ad
67 Roman. cap. 14. Omne quod non est ex fide, peccatum est, ex fide, id est, ex conscientia, intelligit Ambr. in cap. quærat aliquis, de pœnit. distinc. 3. & hanc expositionem approbat ad text. in d. l. bonę fidei, Io. Garsi. Galle. in suo trac. de expens. & melior. c. 23. nu. 12.
68 Circà modo istud dubium decidit I.C. in eo textu, quod ista decisio ad factum pertinet, id est, vt dixi ad secretum conscientiæ iudicium, & non ad ius, hoc est legem exteriorem, & publicam.

Et ratio esse potest, quia Lex disponit solum quando apparet extra factum clarum, l. si ex plagis, §. in Cliuo Capitolino, ff. ad leg. Aquiliam, quando verò de facto & eius qualitate extra clarè nõ apparet, Lex non potest certo modo determinare, sed se remittit ad ipsum factum, & ad iudicium secretum illius, qui bene scit ipsum factum, & eius circunstantias; & omnia ista versatur animo, prout innuit, & in effectu declarat Pet. Loriot. in suo tract. de iure, & eius specieb. Axioma. 14. & 15. & post eum eo tamẽ tacito, Bolog. in l. fin. num. 49. ff. iustit. & iure.

Stante modo isto intellectu verissimo, apparet, quã longè ibi absuerit I.C. à decernendo quod animus sit facti, & quod possessio retenta animo, quo ad suam quidditatem, sit facti.

69 Nono argumentatur Bolog. quod possessio sit facti, & sic; Omnia, quæ in interueniunt in possessione, facti sunt: nam corpus facti est, item animus, vt diximus suprà, ergo possessio est facti; cum factum hominis non possit nisi factum producere, & ad hominem non pertineat facere ius, & actus corporis, & animi,

 quate-

quatenus poſt acquiſitam poſſeſſionem inſiſtit in re, facti eſt; Ex quibus apparet, quod poſſeſſio quatenus eſt in fieri, eſt factũ, quatenus eſt in facto eſſe, ſeu producta, factum eſt, quatenus ab ea ſeparatur inſiſtentia corporis & animi, ipſa expirat, meritò dicendum eſt, quod in principio, medio, & fine, ipſa poſſeſſio ſemper ſit facti.

Huic argum. aliquanto melius formato quam per
70 Bolog. reſpondeo ſigillatim; in primis, dum dicit, qđ poſſeſſio dum eſt in fieri, eſt facti: quia ad illam inducendam requiritur corpus & animus; Nam dico, non valere conſequentiam, ſicut etiam non valet iſta, corpus & animus artificis requiritur ad faciendum armarium, ergo corpus & animus inſunt armario tanquã ſubſtantialia talis machinæ; nam cauſa efficiens non
71 eſt principium intrinſecum rei quæ efficitur, & ſic de illius ſubſtantia, quæ conſtat ex principijs intrinſecis ipſius rei, quæ ſunt materia & forma armarij, iuxta tradita per Cagnol. in l. omnis diffinitio, ff. de reg. iur. Dũ verò dicit, quod poſſeſſio in eſſe facto & perfecto, eſt factum, quia corpus & animus ſunt neceſſaria ad eã, ſiue in ea. Reſpondetur, in primis, quod ipſum poſſidere, ſeu perſeuerantia in ipſo actu poſſidendi, benè eſt factum, negatur verò, quòd poſſeſſio ſit facti: ſicut
72 videmus, quod ire eſt factum, ipſum tamen iter, non eſt factum; Vlteriùs dicimus non valere, inſiſtentia corporis & animi requiritur ad conſeruandam poſſeſſionem in eſſe deductam, ergo ſubſtantia poſſeſſionis conſiſtit in inſiſtentia corporis & animi, vt ſtatim probabo; dum verò dicit, quod extincto corpore & animo extinguitur poſſeſſio, ergo ipſa eſt, vel fuit, ipſum factum corporis & animi; negatur conſequentia: nam

non sequitur, lumen accẽ sum in candela extinguitur liquefacta cera, ergo ipsa cera est ipsum lumen, vel aliqua pars substantialis illius; nam quælibet causa con
73 seruatiua rei, quia operatur ab extra, non ingreditur aliquam partem substantialem rei, quam conseruat, sed est veluti accidens inseparabile à sua substantia, quod licèt non possit separari à subiecto, non tamen dicitur esse pars substantialis ipsius, vt tradit Pet. Andre. Gamm. Dialecti. Legal. lib. 3. cap. 6. Dum verò habet, quod factum hominis non potest nisi factum producere; Respondeo, distinguendo propositionẽ: Nam capiendo factum hominis, de se vera est propositio; capiendo verò factum hominis approbatum à lege, propositio falsa est: quia tale factum in virtute approbationis legis, potest producere ius; de vtroque patet exemplum in pacto nudo, & in pacto fomentato à lege Ciuili, iuxta text. cum sua materia, in l. legitima, ff.
74 de pactis. Ita possumus dicere de possessione, quę nõ approbata à lege, factum solum producit, approbata autem à lege, producit Ius vsucapiẽdi, acquirendi fructus, & alia iura.

Decimò, possessionem esse facti, ostendit Bologn.
75 per text. in cap. cum nostris, extra, de concess. præbẽ. vbi si quis impetrauit beneficium, quod possidetur ab alio, si in impetratione dixit illud vacare, Rescriptum est surreptitium, quia illud beneficium de facto non vacabat; & assignat rationem: quia possessio plus facti habet quam iuris; in istis ergo verbis probare videtur text. quod possessio habet plus facti, quam iuris, nimirum, quia substantia possessionis factum est, non ius, & illud iuris non importat substantiam seu partem aliquam substantiæ possessionis.

Hic

Hic text.iudicio meo parum ſtringit,quia loquitur
76 de poſſeſſione, quæ nullam habebat approbationem ſeu fomentum: quia ille qui poſſidebat præpoſiturã, legitimè fuerat poſtea aſſumptus in Epiſcopum, per quam aſſumptionem alia dignitas præpoſituræ vacauerat ipſo iure, & electio ad eandem præpoſituram facta per Canonicos de eodem Epiſcopo poſt conſecrationem fuerat nulla, & ſimiliter cõfirmatio in poſſeſſione,vt declarant ibi Doctor.poſt Gloſ.Et ſic talis poſſeſſio erat deſtituta omni fomẽto iuris, & ideo gl. ibi,in verbo,plus, paulò ante mediũ, dixit,quod imò illa poſſeſsio nihil iuris habet,& ſolo facto ſuſtinetur, innuens,quod illud verbum(plus)ſtat electiuè,nõ autem comparatiuè,ſicut videmus de verbo (magis) qđ ſtat quandoque electiuè,non autem comparatiuè, vt in l.2.§.1.ff.ſi cert.peta.& in l.in commodato, §.ſicut, & ibi gloſ.ff.commodat. Quo ſtante,dico,quod dato quod talis poſſeſſio eſſet, vel ſit quo ad ſui quidditatẽ ſola in facto,tamen non ſequitur, quod ſubſtantia veræ poſſeſsionis,& à iure approbatæ,conſiſtat in facto, de qua poſſeſsione loquitur quæſtio; & ſic iſte tex.nõ facit ad caſum noſtrum.

Vndecimò,pro eadem opinio.Bolog. adducit hãc
77 rationem,quam ipſe vocat concludentiſsimam;Certum eſt,inquit, quod in poſſeſsione etiam producta, concurrunt duo,videlicet ius,& factum; Item,certum eſt,quod Doctor.commu.concordant,quod ſubſtantia poſſeſsionis non poteſt eſſe compoſita ex iure, & ex facto ſimul, quicquid contra ſenſerit Aretin. Quo ſtante,ſubiungit,quod ad cognoſcendum vtrum poſſeſsio in totum ſit facti, vel iuris, non habemus alium modum quam recurrere ad poſseſsionis effectus, &

ex illis facilè poterimus venire in cognitionem eorũ causę. Modo sic, secundum ipsum omnes effectus possessionis habent maiorem conuenientiam cum facto, quam cum iure, imò omnes effectus possessionis repugnat iuri, prout ipse Bolog. deducit meritò ex hoc secundum ipsum erit concludendum, quod quidditas possessionis tota sit facti, & nullo modo iuris, quia diuersæ qualitates in subiectis, arguunt eorum diuersitatem in substantia, l. si idem cum eodem, C. de codicill.

Hæc ratio quam vt dixi Bolog. appellat efficacissi-
78 mam, patitur plures defectus, & in primis principale præsuppositum, in quo illa fundatur, videtur esse dubium, & incertum, videlicèt, quod possessio non possit esse mixtæ substantiæ, scilicèt ex iure, & ex facto simul, vt tenebat Aret. nam licèt commu. opin. sit contra eum, negari potest hanc commu. esse veram, & interim cum sit dubia, non potest in ea fieri fundamentum stabile, argum. eorum quæ dicit Bartol. in l. in ambiguo, ff. de reb. dub. Videmus enim in alia materia, & in alijs creaturis iuris ciuilis, dari substantias mixtas, vt patet in imperio misto, l. Imperium, ff. de iurisdict. omn. iud. Item, in actionibus mixtis, §. quædam, Instit. de actionib. Item videmus, quod datur factum quandoque separatum à iure, & è contra, toto titu. ff. & C. de iur. & facti ignor. Cum ergo dentur simplicia à iure, nihil videtur esse impedimento quin ex illis potuerit à iure conflari vna substantia mixta ex iure, & ex facto; cum non appareat, quod ista duo simplicia sint contraria, imò potius videntur esse diuersa, & simul se compati, ex eo, quia videmus, quod factum plerumq; producit ius, l. si ex plagis, §. in cliuo Capitolino, ff. ad

leg.

leg. Aquil.& l.consilio, in fine, ff. de curat. furios. iũcto princ. Instit. de obligat. & vnum contrarium regulariter non soleat producere aliud, sed bene solet sæpè producere diuersum.

Quo præsupposito ex prædictis labante & vacillante, videlicèt, quod malè securum sit firmare quod possessionis substantia nõ possit esse mixta & composita ex iure, & ex facto, cessat cõsideratio Bolog. quod simus necessitati recurrere ad habendam cognitionẽ huius dubij ad inspiciendos possessionis effectus.

Præterea, dato, & nón concesso, quod tale præsup-
79 positũ esset irrefragabile, dicimus posse negari quod effectus possessionis magis conueniant facto quam iuri: quia vt apparet ex responsionibus ad alia fundamẽta Bolog. suprà adducta, pars talium effectuum, quos Bolog. attribuit facto, non sunt proprij effectus facti, vt est illud, quod factum extinguatur per mortem, & non ius, item alius, quod factum non transeat ad hæredes; item, quod non contineatur in fictione postliminij, sicut ius.

Pręterea, dicimus, quod dato quod omnes effectus enumerati per Bolog. conuenirent facto, & non iuri, ratio Bolog. posset aliquatenus concludere, si concederemus, quod isti effectus, quos dicit producere possessionem, essent proprij effectus possessionis, & producti ex eius ventre, secùs, si diceremus, quod verius est, quod isti effectus proueniant aliundè, & ab extra producti ab alia causa extrinseca, possumus enim affirmare, quod sunt effectus producti à iure approbante possessionem naturalem, & illi attributi, vt latè infrà demonstrabitur.

Postremò dici potest, quod datis omnibus quæ ip-

se dicit pro veris, ista tamen sua ratio quam ipse habe pro irrefragabili, esset simpliciter persuasiua, & solum concluderet per præsumptionem hominis, & non legis, ex vi illius dicti generalis, quod habet, quod diuersæ qualitates in subiectis, arguant diuersitatem in substantia: nam argumentũ affirmatiuè sumptum de qualitate ad substantiam, potest pati multas instantias, & fieri Regula, quod non valet sicut videmus non valere argum. affirmatiuè de eo quod est minus, ad id quod est plus, Auth. Multo magis, C. de sacrosanc. eccl.

Et dato meliori modo, ad cognoscendum quod possessio sit facti, & non possit esse iuris, de tali ratione Bolog. nihil erit curandũ, & istud infrà fiet, quare &c.

Hactenus argumenta Bolog. in dicto suo tractatu.

Prosequor reliqua arg. eiusdem, quibus ipse vtitur pro eadem opinione, in l. 1. in princ. ff. de acq. poss.

Duodecimò ergò Bolog. in d. l. 1. num. 164. quod

80 possessio sit facti, adducit text. in l. in bello, §. factæ, ff. de capt. & postlim. reuers. vbi vsucapiens captus fuit ab hostibus, deciditur ibi, quod ipse desinit possidere, quia hoc facti est, & quæ sunt facti, Iure Ciuili impediri non possunt, quin desinant esse facta, ergo possessio est facti, cum iura non possint extingui per captiuitatem, & postliminium ea conseruet & suspendat.

Huic text. responderi potest, quod quęstio quę de-

81 ciditur in d. §. facti, est eadẽ cum illa, quæ deciditur in l. deniq; ff. ex quib. cau. maior. de quo suprà fuit latè pertractatum, & ad illam responsum: quæstio enim quæ ibi, & hic deciditur, est, nunquid vsucapio interrupta per captiuitatem, & reuerso ab hostibus debeat restitui iure postliminij, & deciditur quod non: & assignatur ratio, quia certum est eum desijsse possidere,

 & fa-

& facti causæ infectæ nulla constitutione fieri possũt. Pondera ergò, quòd iste tex. non loquitur de substantia seu quidditate possessionis, sed de illius desinentia, & de interruptione vsucapionis, quæ ambo, scilicèt desinere possidere, & esse interruptam vsucapionem, euenerunt in persona capti secundum veritaté, & secundum eandem veritatem ista duo facta fuerũt, & per consequens, supposita veritate, non potuit facere aliqua Constitutio, nec etiam Lex postliminij, quin id quod sit vel fuerit factum, & sic quin captus qui desijt possidere & vsucapere, verè non desierit & perseuerauerit vsucapere; & ita ibi declarat glos. in verbo, causa, quæ exponit (causa) idest, interrupta vsucapio.

Et stante hoc, patet, quòd verè iste text. nihil probat, pro cuius pleniore intellectu adde hic, quæ dixi suprà, circa intellectum text. in d.l. denique.

Decimotertio Bolog. in d l. 1. nu. 167. quod posses-
82 sio sit facti, arguit de l. possessionem pupillum, ff. de acq. posses. vbi dicitur, quod pupillus sine tutoris auctoritate possessionem amittere potest, non vt animo sed vt corpore desinat possidere, quod enim facti est, potest amittere; pondera text. qui expeditè videtur præsupponere possessionem, & eius quidditatem esse facti.

Et licèt text. subiungat, quod ipse non potest amittere possessionem quam retinet animo, per quod innuere videtur, quod illa non est facti, tamen internè ille text. non vult dicere hoc, sed istud, quod licèt & illa facti sit, tamen non potest perdere eam sine tutoris auctoritate, quia pupillus non habet hanc capacitaté à iure, & si talis incapacitas illum non impediret, eodem modo vtramque possessionem posset amittere,

quia vtraq; est quædam insistétia in re, & sic factum.

Sed huic text. responderi potest, quod non vrget,
83 quia non loquitur de possessione & eius quidditate, sed de potestate quam habet pupillus vel non habet in amittendo possessionem sine tutoris auctoritate; & circa hoc distinguit possessionem quam pupillus retinet corpore, ab alia quā retinet animo: seu distinguit ab inuicem duos modos possidendi, scilicèt corpore, & animo, & decidit, quod illam possessionem quam retinet corpore, potest sine tutore amittere; rationem assignat: quia ista facti est, id est, quia ista potentia amittendi possessionem corporalem, pendet, à solo facto, seu priuata voluntate pupilli possidentis, & sic deliberantis facere, quia scilicèt non improbat lex ciuilis hanc potestatem quam hēt pupillus à natura, cum talis amissio possessionis corporalis nullatenus sibi præiudicet; at aliam possessionem q̄ ipse pupillus retinet animo, non potest amittere sine tutoris auctoritate, quia istam potestatem non habet pupillus ex se, quia illam quo ad hoc sibi ademit Lex, & eum inhabilem fecit, & eius loco subrogauit aliam, vt scilicèt possit cum tutoris auctoritate.

Et sic ille text. loquitur de duabus facultatibus cir
84 ca amittendam possessionē: vna, quæ respicit corpus pupilli, & illam habet & retinet pupillus, quia pendet à facto pupilli, & eam Lex non adimit ei; aliam, quę respicit animum pupilli, & eam non habet pupillus sine tutoris auctoritate, quia Lex ciuilis eam adimit, quatenus improbat factum amissionis.

Et de ista duplici facultate seu potestate quam habet homo circa operandum, vide per eundem Bolog. in d. suo tract. nu. 57. & dixi suprà, & dicam infrà.

Et sic stātib. prędictis, iste tex. nō facit ad ꝓpositū.

Decimoquarto idē Bolog. quod possessio sit facti,
85 in d.l. 1. nu. 186. arguit de tex. in l. 3. §. j. ff. de bon. poss. vbi dicitur, quod bonorum possessio de qua loquitur ille tex. & materia tituli, iuris est, & differt à possessione rerum, s. singularium, quia illa corporis magis quā iuris possessio intelligitur; ista ergo possessio corporū, seu rerum singularium, non est iuris, sed facti, seu in facto consistit.

Istud arg. vt etiam non diffitetur ipse Bolog. nihil
86 vrget: quia ille tex. non loquitur de quidditate possessionis, sed de subiecto illius, seu de re quę possidetur, & vult assignare differentiam inter possessionē quę habet pro subiecto bona seu vniuersitatem bonorum, & possessionem rerum singularium, & dicit, quod possessio bonorum seu vniuersitatis, est possessio iuris, & differt à possessione corporis, seu rei singularis, quia illa est possessio iuris, idest rei vniuersalis, quia, s. vniuersitas bonorum est quid iuris, vt Inst. de reb. corporal. & incorp. in princ. possessio verò corporis seu rei singularis, non est possessio iuris, idest habens pro subiecto ipsam vniuersitatem, sed corpus seu rem singularem: sed propterea ex hoc non sequitur, quod illa quoad sui quidditatē sit facti, quia vt dixi, ibi de hoc nō q̄rit.

Decimoquintò idem Bolog. in d.l. 1. nu. 171. quod
87 possessio sit facti demonstrat: quia possessio amittitur per inūdationem rei possessæ à mari vel à flumine, l. 3. §. Labeo, & §. Nerua, & l. Pomponius, ff. de acq. poss. at iura per occupationē maris vel fluminis non perduntur, ergo possessio est facti.

Super hoc arg. cadit eadē responsio quā suprà de-
88 di ad arg. de obliuione, per quam perditur possessio,

& non

& non perduntur iura: dixi.n.qđ non tenet cõsequen tia, ergo possessio est facti, quoad substantiam, sed be ne currit alia, ergo possessio in hoc non habet naturã iurium, quę per inundationem non perduntur: sed nõ sequitur, possessio non habet naturã iurium, ergo nec substantiam iuris: quia natura & substantia sunt diuer sa, vt dixi & probaui, ergo &c. & esse potest, quod duę res habeant diuersam naturã, & tamen communicent in substantia, in genere, vt videre est in vsufructu, vsu, & habitatione, quę omnes res quo ad substantiã sunt iuris, non tamen sunt eiusdem naturæ, vt Instit. de vsufruc. & de vsu, & habitat.

Et data instantia, corruit argum. glos. in d. §. pauonum, Instit. de rer. diuis.

Hæc sunt argumenta, quibus vtitur Bolog. ad probandum possessionis quidditatem consistere in facto, non autem in iure, & per quæ ipse firmat Conclusionẽ pro parte affirmatiua, quæ non solum disputando, sed et in via veritatis stantibus prędictis responsionibus apparet de iure non subsistere, & cõcludenter prędictam Conclusionem non probare.

Sed tamen, per alias considerationes puto prædi-
89 ctam Cõclusionem posse necessariò probari, & illius veritam doceri.

Pro qua ostendenda, repeto illud quod præmisi su prà, quod ista verba, vtrũ possessio sit iuris, vel facti, secundũ Doct. comm. volunt importare, vtrum essen tia possessionis consistat solum in illa insistentia corporis & animi in re possessa, & vltra eam non porriga tur: An verò vltrà talem insistentiam, & sic factũ, possessio sit aliud separatum, & per se consistens, & sic, an sit quædam substantia iuris.

Quo præſuppoſito retento,dico,quod poſseſsionis ſubſtantia conſiſtit in ſola inſiſtentia corporis & animi in re poſseſsa,& vltrà illam non eſt aliud.

Et conſidero,quod iſtud aliud, ſi eſset,non poſset eſse niſi ius.Modo oſtendo,quod iſtud aliud, quod ſit
90 ius,dari non poteſt. Et in primis dico, quod non poteſt eſse ius inſiſtendi,ideſt, poteſtas ſeu facultas à iure ciuili introducta inſiſtendi in re, vt volunt Barto.& commun.Doct.Nam ſi iſta eſset,illa eſset omninò fruſtratoria,& nullatenus conſiderabilis, & quo ad propoſitum conſidero tres tantum facultates poſse conſiderari,vna eſt quæ præcedit actū apprehenſionis poſ
91 ſeſsionis,alia quæ poſtquā poſseſsio apprehenſa eſt, illā cōcomitatur alia q̄ cōcurrit ad illius extinctionē.

Quoad primam dico, quod dato quod illa ſit, non tamen poteſt eſse poſseſsio,quia præcedit illius crea
92 tionē.Vnde,non poteſt dari poſseſsio antequam illa producta ſit, & talis poteſtas ſeu facultas quæ præcedit,operatur ſolum vt ille qui vult apprehendere poſſeſsionem,ſit habilis & capax illam acquirendi.

Quoad ſecundam dico, quod iſta facultas ſeu poteſtas, non poteſt conſiderari quod ipſa ſit ſubſtantia poſseſsionis,quia cum illo tēpore reperiatur poſseſſio in actu, nempè ipſa inſiſtentia corporis & animi, vel animi tantum,in re poſseſsa,iſta potētia ſeu facultas,fruſtra eſset,imò formaliter non eſt:quia poteſtas exiſtens in actu,eſt iam conuerſa & confuſa cum ipſo actu,propter quod perdit ſuū eſse potentiale,& aſsumit aliud eſse actuale,prout in ſimili videmus accidere in debito nouato,quod per nouationem extinguitur, & transfunditur in aliam obligationem,l. 1.in prin.de nouat.Item,prout in ſimili videmus euenire in condi-

tione,

tione, per cuius implementũ ad quod ipsa est ordinata, ipsa cessat & extinguitur; idem etiam accidit in obligatione ad soluendum, quæ per aduentum solutionis expirat, Instit. quib. mod. tolli. obligat. in princip.

Quo ad tertiam facultatẽ, quæ est ordinata ad possessionem extinguendam, illa tanto minus potest esse possessio, quia sic possessio esset ius, seu potestas perimendi se ipsam.

Ex istis ergo patet, quod vltrà insistentiam corporis & animi, vel animi tantum, in re possessa, non potest dari aliquod ius potentiale quod sit possessio, vt volunt Bart. & commun. Doctor.

Similiter dico, quod istud ius non potest esse ius
93 actuale substantiale & particulare, s. forma seu substãtia iuris particularis in actu existens, cuius modi est obligatio, nouatio, acceptilatio. Quia cũ substantia possessionis in actu positæ sit ipsa insistentia corporis & animi, vel animi tantum, talis essentia iuris actualis & particularis esset frustratoria & ociosa.

Similiter, non potest considerari, quod illud ius sit
94 ius actuale, substantiale, vniuersale, cuiusmodi videmus esse hæreditatem, quæ est ius actuale, substantiale, vniuersale, separatum à rebus singularibus, vt Insti. de reb. corpor. & incorpor. in princ. quia etiã illud ius esset frustratorium, & quædam Idea seu phantasma imaginatum, quod non põt esse in cõmercio nostro, sicut dicit Bart. de genere, in l. Mæuius, §. duobus, ff. de leg. 2. & Bolog. in Rubr. de leg. j. nu. 66. & tñ videmus, ꝙ possessio potest esse, & in cõmercio nostro, toto tit. ff. & C. de acq. & amit. poss. & l. j. §. si vir vxori. ff. eo. tit.

Pariter, non põt dici, ꝙ illud ius sit ius substãtiale,
95 actuale, particulare, resultans ex apprehẽsione possessionis,

sionis, cuiusmodi videmus esse obligationem resultātem ex cōtractu: inprimis, quia istud ius resultans frustra resultaret, & nihil operaretur, esset enim idem cū possessione, quæ prius erat, & ex qua resultasset.

Præterea, non potest esse, quia semper id quod re-
96 sultat, est nomine diuersum ab eo, ex quo resultat, vt videre est in contractu, obligatione, & actione, quorū vnum resultat ab alio, & diuersa nomina sortiūtur, & meritò, quia conueniens est, singulas res proprijs appellationibus distingui, §. est & aliud, Instit. de donat. & l. si idem, C. de codicill.

Cum igitur ex prædictis istud ius quod dicitur separatum ab insistentia corporis & animi tantum, à re possessa, & constituere possessionis substantiam non possit esse ius actuale, substātiale, particulare, nec ius actuale, substantiale, vniuersale, nec ius actuale, substātiale, resultans, sequitur, quod nullo modo possit realiter dari tale ius, quod possessio, separatum ab insistētia corporis & animi, vel animi tantum, illius, qui possidet: In quibus solū necesse est, qđ consistat substātia possess. & vltrà ista duo, nihil sit nisi quoddam phantasma conceptum in imaginatiua ita opinantiū absq; vllo vero fundamento. Et ita concludo.

Sed statim contra istas nouas & veras cōsideratio nes fortiter instat, de eo quod dicebat Alciat. in suo libello de quinq; ped. præscriptio. & in l. 1. ff. de acq.
97 possess. & in l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis. & refert Bolog. in d. l. j. nu. 175. licèt aliter deducat; in quibus locis Alcia. fatetur, ꝙ possessio in sua origine & primordio, esset ipsa insistentia corporis & animi, vel animi tantum, in re possessa, & vltrà ista, vlteriùs non prætenderetur eius substantia, & sic etiam vltrà

& præter

& præter ipſum factũ nihil eſſet, ſed poſtea per ſuperuenientiã Iuris Ciuilis dicit iſtã ſubſtantiam poſſeſſionis fuiſſe alteratam, propter multa quę fuerunt illi addita ab eodẽ iure, propter quæ additamenta facta tali poſſeſſioni naturali, talis poſſeſſio aſſumpſit nouam formam, nẽpè iuris, arg. text. in l. Ius Ciuile, ff. de iuſti. & iure, vbi ius naturale cui aliquid addit̃ vel detrahitur per Ius Ciuile, deſinit eſſe ius naturale, & efficitur Ius Ciuile; & facit tex. in §. item cum ex aliena materia, Inſt. de rer. diuiſ. & de iſta poſſeſſione formata forma eleganti, non autem de originali & informi, diſputatur, an in eſſentia ſit facti, vel iuris.

Corroboro & augeo difficultatem vltrà Alciat. &
98 Bolog. ex dicto Bart, in l. more, nu. 5. quem ibidem ſequuntur Doct. ff. de iuriſd. omn. iud. quod hẽt, qđ qñ confirmatio alicuius actus dependet à poteſtate cõfirmantis, & apparet, quod ipſe cõfirmans vult de nouo aliquid inducere circa actum quem confirmat, tunc ipſe videtur ipſum actum reuocare, & alium de nouo facere, per l. poſthumus, ff. de iniuſt. rupt. teſt. & l. quęrebatur, ff. de milit. teſtam.

Huic difficultati, in qua meritò Bolog. dicit reſiderẽ totam vim huius quæſtionis, & quam ipſe ſufficiẽter non eneruat, puto ego plenè & perfectè poſſe reſponderi, & eam radicitus extirpari.

Pro cuius rei demonſtratione præmitto, ꝙ in iure noſtro plures ſunt ſpecies additamentorum ſeu argu-
99 mentorũ circa aliquam rem: nam aliqua ſunt additamẽta intrinſeca, aliqua extrinſeca, aliqua ſunt per modũ confuſionis, & incorporationis cũ re cui addũtur, Reliqua ſunt per modum adhæſionis ſeu annexionis, vt de iſtis magiſtraliter loquit̃ Inſignis Doct. Albert.

Brun.

Brun.in suo eleganti tract. de augument. in 2.Concl. princip num. 1.& 2. vbi hæc omnia bene probat & exemplificat,ad quem vos remitto.

Secũdo præmitto,ꝙ ex dictis generibus additamẽ
100 torũ,extrinsecũ,& adhęrens rei nõ mutat substãtiã illiꝰ,nec ĩ toto,nec ĩ parte,vt p eũdẽ Brun. vbi suprà.

Ratio est:quia ista additamenta non penetrant talẽ substantiam,& solũ illam substãtiam extendunt,vt videmus euenire in propagatione actus,quę non mutat substantiam actus,sed illa manente salua,tantũ actum extendit,l.sed si manente,ff.de precar. Et sicuti etiam contingit in illo,qui cõfirmat actum, qui non est ipso iure nullus,sed in aliquo imperfectus,qui nõ dr̃ actũ mutare, sed addendo illud perficere ſm eundẽ Bart. in d.l more,nu.5. vers.quandoq; quis cõfirmat illud.

Additamentum verò intrinsecum, & per modum
101 confusionis & incorporationis cum re cui additur, est illud,quod mutat substantiam,& facit illã transire in nouam formam,vt per eũdem Brun.vbi suprà, per tex.in §.cum ex aliena,& §.quod si partim,& §.si duorum, Instit.de rer.diuis. & ex dictis Angeli, in consil. 246.incipit Vnitorum.

His modo pręmissis,ad solutionem difficultatis Alciat. Dico,quod quatenus ipse dicebat,quod per additamenta facta per Ius Ciuile naturali possessioni,illa perdidit suũ esse facti,& transiuit in nouam formã iuris;hoc vltimum non est verum:quia talia additamenta illi facta à Iure Ciuili, non fuerunt intrinseca, nec per modum cõfusionis;sed tantum extrinseca, & per modum adhęrentiæ & simplicis accessionis,quatenus Ius Ciuile attribuit multos effectus possessioni vltra effectus quos habebat in suo primordio de iure natu-

rali,

rali, & fortificauit eius naturã in actu retentionis, quatenus ordinauit, quod solo animo possit retineri: quæ oĩa & similia additamenta sunt extrinseca, & nullatenus attingentia substantiam possessionis, & per consequens, ex prædictis non possunt possessionis quidditatem & formam vllo modo mutare.

Comprobatur responsio, quia si talia additamenta
103 fuissent intrinseca, & per modum cõfusionis, possessio non retinuisset nomen possessionis, sed cũ mutatione substantiæ mutasset nomen, vt sic nomen fieret cõsonum rei, iuxta text. in §. est & aliud, Instit. de donat. & in §. sed quia, Instit. de fideicom. hæred. vbi transfuso omni iure S.C. Pegasiani in S.C. Trebellianum, cessauit nomen Pegasiani, & remansit solum nomen Trebelliani: sic ẽt videmus fuisse factum in actione, quę dicebatur rei vxoriæ, postq̃ ius eius fuit transfusum in actionem ex stipulatu, quia exinde cessauit prorsus nomen rei vxorię, & remansit nomen actionis ex stipulatu, vt probat tex. in l. vnĩ. in princ. vers. rei vxoriæ, & in §. 1. in fine, vers. & natura quidem, C. de rei vxor. act.

Comprobatur iterum, quia natura confirmationis est confirmare actum cum sua originaria natura, Doctor. in Rubr. C. qui admit. vbi post Paul. de Cast. nor. Curt. iun. nu. 9. & Cagnol. nu. 39. & idẽ Paul. de Castr. in l. si filius qui patri, nu. 7. ff. de vulg. & pupill. subst.

Demum, comprobatur respon. ex notab. dicto Bar. in l. legitima, nu. 1. vers. pro cuius, ff. de pact. vbi dixit, quod vbi Lex agit in pactum, ipsum roborando, tunc ex ipso pacto oritur actio, non aũt ex Lege, & idem ẽt dixit Bart. in l j. nu. 13. ff. de cõdic. ex lege, sic dicamus in proposito possessionis, quod Ius Ciuile quatenus il[...] confirmat & roborat, & sic in eẽ agit, vult illi omnem

nem suam virtutem communicare, nõ autem absume re eam, atque illam in se conuertere.

Non obstat dictum Bart. quod pro confirmatione
104 argum. Alciat. suprà adductum fuit, videlicèt, in d.l. more: quia respõdetur, quod Bart. ibi non dicit, quod vbi apparet quod confirmans vult de nouo aliquid inducere circa actum confirmatũ, tunc ipse videtur primum reuocare, & alium de nouo inducere: Sed aliter loquitur, & dicit, quod si ipse confirmans vult de nouo inducere, idest nouum actum facere, tunc videtur primum reuocare, seu primum actum quem cõfirmat in nouum actum transferre: sed in casu nostro non apparet quod Ius Ciuile quatenus approbauit possessionem naturalem, voluerit per talem approbationem creare aliam possessionem, merito dictum Bart. nõ potest applicari; sed melius intrat aliud dictum Bart. in dicto vers. quandoque quis, in quo dicit, quod qui cõfirmat actum qui non fuit nullius, non videtur de nouo alium actũ facere, sed perficere ipsum actum qui est imperfectus.

Ex hactenus modo dictis, reliquũ est, vt concludamus, quidditatem possessionis cõsistere in mero facto, non per fundamẽta Bolognetti, quæ sigillatim confutauimus, sed alijs nouis considerationibus, de quibus suprà. Laus Deo, & Beatæ Virgini.

FINIS.

TRACTATVS DE IVRE VENANDI, AVCVPANDI, ET PISCANDI, IN QVO

HAE MATERIAE EXACTE TAM quoad forum exterius, quàm conscientiæ explicantur, in gratiam & usum illorum, qui hisce egregijs exercitationum generibus delectantur in lucem editus,

AVTHORE
GEORGIO MOR DE NIGRO MONTE, BRIGANTINO SYLVANO Iuris vtriusque Doctore clarissimo, &c.

ADIECTA SVNT SINGVLIS CAPITIBVS SVMMARIA, ET IN fine Index rerum & verborum memorabilium locupletissimus.

Cum Facultate Superiorum.

CONSTANTIÆ,
Ex Officina Typographica Nicolai Kalt.

M D CII.

POTENTISSIMO AC INVICTISSIMO PRINCIPI, ET DOMINO, DOMINO RVDOLPHO II. ROMANORVM IMPERATORI SEMPER

Augusto, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. Regi, &c. Sereniſſimis item & Illuſtriſſimis Principibus, ac Dominis, Domino Maximiliano Regi Poloniæ, Domino Matthiæ, & Domino Alberto, ſacræ Cæſareæ Maieſtatis Germanis Fratribus, & Domino Ferdinando eiuſdem Cæſareæ Maieſtatis, &c. Fratri Patrueli, Archiducibus Auſtriæ, Ducibus Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ & VVirtenbergæ, &c. Comitibus Habſpurgi & Tyrolis, &c. Dominis ſuis clementiſſimis dedicat conſecratque.

PRæclariſſimam omnium virtutum Iuſtitiam eſſe, nemo ſapiens vnquam negauit, Rudolphe Imperator Inuictiſſime, & Sereniſſimi Principes, Domini longè Clementiſſimi, vt quæ vim atque effectus ſuos ad communem omnium populorum ſalutem ac conſeruationem latè effundat. Hoc eſt, quòd Philoſophus 5. Ethicor. ex Theognidis ſententia omnes in ea contineri virtutes teſtatus eſt. Quam alij cæterarum omnium virtutum pa-

rentem, & altricem vocârũt: alij optimarum perfectionem virtutum: alij omnis boni participem rerumque omnium perfectricem esse crediderunt: alij denique omnium dominam & reginam virtutum non dubitârunt appellare, eo quòd ab illa in omne hominũ genus leges & iura manârunt: quæ culta magna Imperia constituit, regit, conseruat, neglecta conuellit, dissipat, subuertit: quæ benefactis honores & præmia, malefactis ignominias & supplicia proponit, studia bonorũ excitat, malorum improbitatem coërcet, qua sublata, nõ domus vlla, non ciuitas, non hominum inter se societas, nõ ipsa denique vniuersitas rerum stare, ac tueri se vel punctum temporis potest. Neque etiam sine éa fieri potest, vt quisquam aut temperãs sit, aut fortis, aut prudens. Est enim harmonia quædam, & pax, vt inquit nobilis ille Philosophus Polus Lucanus, totius animi cum apto & composito motu. Illius autem quanta sit vis, magis è cæterorũ habituum inspectione cognosci potest. Nam cæterorum vtilitates ad vnum modò pertinent: huius ad omnia, quæ composita sunt, & ad multitudinem. Ea igitur

in mundo quidem prouidētia vocatur, & harmonia, & iudicium, & mens Deorum, qui ita statuerunt. In Ciuitate autē pax & bona legum constitutio meritò dicitur. In priuata domo, viri quidem & vxoris mutua concordia, seruorum autē in dominos bonus animus, & vicissim in dominis amica & beneuola seruorum procuratio. In corpore autē & animo, primò quidem ea, quæ omnibus charissima sunt, vita & bona valetudo, & integritas virium: tum autem sapientia omnisque scientia. Quæ igitur vna & totum, & partes regit & seruat, efficiens omnia inter se cōcordia & amica, quid ni communis omnium parens & altrix omnium suffragijs prædicetur? Hæc Polus Lucanus.

Quæ cùm ita sint magnam profectò eius laudis conseruationem vtrunque Ius Canonicum & Ciuile sibi vendicat, nempe, quod à Iustitia, tanquam à fonte flumen, vel vt alij tanquam actus ab habitu producitur: Quam enim vim in suo fonte, vel habitu Iustitia continet,

manas transijsse intelligatur; vt ita fons, origo, habitus, status, in Iustitia resideat, legitimæ actiones Iure consistant. Nec sanè quemquam mouere debet, quòd Iura aliquando vel parùm æquè produntur, vel ad tempora demutantur, quasi hoc abhorrere à Iustitia videri fortasse possit: eam enim variationem nec Iustitiæ, nec Iuri, sed rerum conditioni acceptā referri conuenit: quæ Iura sæpenumero non simpliciter absoluta, sed quæ personis, rebus, tempori, accommodata sint, efflagitat; adeóque, quamuis optimo Legislator proposito semper feratur, fit tamen interdum vel euentu, vel occasione, quòd res ipsa diuariet. Quod vel maximè in his Iuribus, de quibus hoc in Tractatu dissero, euenisse compertū est. Nam etsi Iure natura omnia sint re ipsa cōmunia, possunt tamen à Principibus, qui eorum, quæ in nullius sunt bonis, vt feræ, volucres, pisces, & cætera animalia, dispensationem habēt, quædam priuatis ita concedi, vt in posterum ea priuata, non communia sint, etiam absque corporali occupatione: Iure siquidem naturali omnia ab initio fuêre communia, & tamen humana lege rerū distin-

ctio inter priuatos facta eſt, poſt quã diſtinctionem nõ licet cuiquã occupare rem alteri priuata lege addictam. Neque his obſtat, quod dicitur, Principem ea, quæ ſunt Iuris naturalis non poſſe tollere, cùm Iura naturalia ſint immutabilia, Iuris autem naturalis propria ſit libertas venandi, aucupandi, & piſcandi. Etenim feræ, volucres, & piſces Iure naturæ non ſunt communia poſitiuè & affirmatiuè, quia omnium propria ſint communes dominij cauſa, ſed negatiuè, quia nullius ſint, & Iure naturæ nulli ſint applicatæ. Quamobrem lex humana poteſt ea vni potius, quàm alteri ex cauſa concedere: Ex quibus rectè colligitur venationem & piſcationẽ Iure naturali omnibus permiſſam ex varijs cauſis poſſe per Principes prohiberi: Neque huiuſmodi Iura, leges vel conſtitutiones prohibentes venationẽ, piſcationem, & aucupium rectæ rationi, aut ipſi Iuſtitiæ repugnãt ac refragantur, modò ea interueniant requiſita, de quibus hoc in Tractatu ago. Nam

vel terræ ingenio nunc turbida ſint, iam calorem mutent, ſæpè collidantur, efferueſcant, & in planiores decurſus ſubſidant: Nemo tamen eſt ita ſanæ rationis expers, qui non fateatur, flumina cum fontibus eſſe homogenea. Ita in humanis actionibus accidere ſolet, in quibus diuinæ, cōſtantis & immutabilis Iuſtitiæ ſplendor & puritas perpetuò eluceſcit, ſed quæ ab ea, tanquam perenni fonte proficiſcuntur Iurâ; ſæpè pro rei, loci, perſonæ, & temporis occaſione varient, nunc hoc, nunc illud, vel affirmatiuè, vel negatiuè præcipiendo ſtatuant, vti ex his Iuribus venandi, aucupandi, & piſcandi clariſſimè apparet. Et quis quæſo Iura cum Iuſtitia eſſe homogenea negaret? Ius enim à Iuſtitia appellatur, ſicut filia à matre, & Ius à Iuſtitia ceu riuulus vberrimus defluit.

Ideo autem potiſſimùm hunc de Iure venandi, aucupandi & piſcandi Tractatum conſcripſi atque in lucē edidi, vt ijs, qui hiſce egregijs exercitationum generibus delectantur, illorum Ius, atq; modum, quo nempe Iure, quaue Iuſtitia, tam in foro conſcientiæ, quàm exteriori venari queāt, vtcunque planū & aper-

tum faciam. Et eundem Tractatum Veſtræ Sacræ Cæſareæ Maieſtati, Veſtriſque Sereniſſimis Celſitudinibus humillimè dedico atque conſecro, vt ſub Veſtræ Maieſtatis & Celſitudinum Veſtrarum auſpicio, & tutiſſimo præſidio ſine inuidia Zoilorum per ſacrũ Romanum Imperium, aliaq́ue Regna, Ditiones & Prouincias quaſi ſub Cæſareo Diplomate & publicæ ſecuritatis teſſera placidiſſimè peruagetur. Huius autem Dedicationis duæ è pluribus ſunt præcipuæ cauſæ. Prima eſt humillima mea, & ſumma erga ſacram Veſtram Cæſaream Maieſtatẽ, ſereniſſimasq́ue Veſtras Celſitudines, totamq́ue potentiſſimam Domum Auſtriacam, qua nulla Imperatorũ & Regum vnquam fertilior extitit, ex qua Veſtra Cæſarea Maieſtas, Veſtræq́ue ſereniſſimæ Celſitudines fæliciſſimè ortæ nateq́ue ſunt, obſeruantia & pietas. Ad quam me vehementer incitant, & mirum in modum inflammant Veſtræ Maieſtatis, & Veſtrarum Serenitatum virtutum a-

campum quis ingredi vellet, nō solùm homini eloquentissimo longa oratione, imò verò iusto volumine eas cōmemorare vniuersas, nedum singulas persequi difficillimum esset. Deinde si quis generis Vestræ Cæsareæ Maiestatis Vestrarumque Serenitatum claritatem nobilitatemque maiorū sibi laudandam proponat, tot me hercule illi occurrēt Imperatores, tot Reges & Archiduces, vt nuda eorū nomina, nedum egregia facta recēseri vix longissimo temporis interuallo queant. Taceo amplitudinem Sacræ Vestræ Cæsareæ Maiestatis Imperij, Vestrarumque Celsitudinum propemodum infinitas Prouincias & Regiones, quæ nutu ac ditione Vestra gubernātur. Prætereo bella, quæ auspicijs Vestræ Maiestatis, & Vestrarum Celsitudinum gesta sunt, & ex ijs fœlicissimos & lætissimos consecutos triumphos? Quare multò satius fuerit, ea, quæ de hisce dicenda erant, tacitus præterire, quàm nudè perstringere.

Altera huius Dedicationis causa est, ipsius Tractatus materia nobilis: Quia cùm venatio sit exercitium nobile & peculiare Regū, Principum, Comitum, Baronum, & Nobilium,

nulla enim re hi omnes magis delectantur & recreantur, quàm venatione, cùm ſit meditatio rei bellicæ, in qua omnia bellica exercentur. Etenim in ea diluculo ſurgere, & equitare, currere, atroces feras obſeruare, excipere, ac iaculo petere, æſtum, frigusq; perferre, ſæpè etiam famem pati neceſſe eſt. Vnde planè decuit, hunc Tractatũ ſub ſummi Regis, ſummorumque Principum patrocinio & tutelari numine in lucem prodire, quo venenoſos detractatorum ac Zoilorum morſus, & aculeos ſecuriùs euitare, & per orbem tutiùs perambulare poſſit.

Sed ne longior ſim, quàm Epiſtolæ leges ferant, dicendi finem faciam: Illud tantũ reliquum eſſe video, vt quãta poſſum animi veneratione ac ſubmiſſione, hũc Sacræ Veſtræ Cęſareæ Maieſtati, & Veſtris Sereniſſimis Celſitudinibus dicatum Tractatum meum commendem, ac rogem, vt hoc qualecunq; munuſculum, & mei erga Sacram Veſtram Cæſaream Maieſtatem, Sereniſſimasque Veſtras Celſitu-

ad maiora pro insita vel potius innata magnanimitate sua accendant. Id si fecerint Vestra Sacra Cæsarea Maiestas & Vestræ Serenissimæ Celsitudines, nulla res mihi dubitationem affert, quin ex ea re mirificã animis voluptatem aliquando sint percepturæ.

Deus Opt. Max. Vestrã Cęsaream Maiestatem, Vestrasque Serenissimas Celsitudines ad suæ Diuinæ Maiestatis gloriã, & Sacri Romani Imperij incrementũ, aliarumque Regionum & Prouinciarum propagationem, atque adeò totius orbis Christiani conseruationẽ & defensionem saluas & incolumes ad Nestoreos annos vsq; tueatur & conseruet. Datæ in Vestræ Sacræ Cæsareæ Maiestatis, & Serenissimæ Domus Austriacæ oppido Brigantia, Idibus Nouembris, Anno reparatæ salutis 1599.

Vestræ Sacræ Cæsareæ Maiestatis,
Vestrarumq; Serenissimarum
Celsitudinum

Deuotissimus, addictissimus & humillimus Seruitor,

Georgius Mor I.V. Doctor.